UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Chronologiæ Veteris Testamenti Accvratvm Examen Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ Dicatvm

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

In Lib. Rvth.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64340

Visual Library

IN LIBRVM RVTH.

QVÆSTIO I.

Quo tempore acciderint, quæ hoc libro narrantur.

1. CErtum eſt, hæc geri cœpta *in diebus vnius iudicis*, ſiue quando iudices præerant: quis autem fuerit ille *vnus iudex*, hactenus auctores inquirunt, quo inquirendo meminiſſe oportet 1. eius quod habetur libri huius cap. vltimo verſ. 17. *Salmon genuit Booz, Booz genuit* Nota 1.
Obed, Obed genuit Iſai, Iſai genuit Dauid. Et 1. Paral. 2. v. 11. *Nahaſſon genuit Salma, de* Genealogia
quo ortus eſt Booz, Booz genuit Obed, qui & ipſe genuit Iſai, Iſai autem genuit primogeni- Dauidis.
tum Eliab, ſecundum Abinadab, tertium Simmaa, quartum Nathanael, quintum Raddai, ſextum Aſon, ſeptimum Dauid. At vero 1. Reg. 17. ver. 12. Iſai dicitur habuiſſe octo filios, cap. 16. v. 10. *adduxit itaque Iſai ſeptem filios ſuos coram Samuele, & ait Samuel ad Iſai: non elegit Dominus ex iſtis*. Siue autem Dauid inter ſuos fratres octauus, ſiue ſeptimus ordine naſcendi fuerit, neque compertum ſit, quoto ætatis parentis ſui anno natus ſit, *fuit* nihilominus *Iſai vir* in diebus Saul ſenex & grandæuus inter viros, 1. Reg. 17. v. 12. Vnde bene Toſtatus Ruth, 1. q. 2. & alij colligunt Iſai non fuiſſe iuuenem, quando Dauid naſcebatur. Huc etiam ſpectat illud Matthæi 1. v. 5. *Salmon autem genuit Booz de Rahab, Booz autem genuit Obed ex Ruth, Obed autem genuit Ieſſe, Ieſſe autem genuit Dauid regem*. Et Lucæ 3. v. 32. *qui fuit Ieſſe, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon.*

2. Meminiſſe conuenit 2. Noëmi manſiſſe in Moabitide annos 10. priuſ- Nota 2.
quam Ruth illius nurus veniret in Bethlehem, & Boozo nuberet, vt patet cap. 1. huius libri v. 5. & 12. quo fit vt res omnes quæ hoc libro referuntur ad vnum annum non ſpectent; neque forte ad vnum Iudicem, ſub quo geri cœperunt.

3. Nec prætereundum eſt, Rahab vxorem Salmonis fuiſſe mulierem il- Nota 3.
lam quæ exploratores à Ioſue Hierichunta miſſos excepit hoſpitio, paucis ante diebus, quam Iſraëlitæ Iordanem traijcerent, ineunte menſe primo anni quadrageſimi primi, ab Exodo, cum autem ex communi ſententia, inde ad cœptam à Salomone Templi fabricam numerentur anni 480. 1. Reg. 6. ver. 1. ſi ab hac ſumma tollantur 40. anni in deſerto tranſacti, reperiemus Rahab exploratorum hoſpitam iam nubilem fuiſſe, anno ante iacta Templi fundaméta 440.

Nota 4. 4. Memori etiam mente retinendum Dauidem natum anno 74.ant[e tem-]
pli ædificationem: ſiquidem erat 30. annorum cum mortuo Saule reg[na-]
ret, regnauitque annos 40. Salomon autem anno 4. regni ſui templ[o]
do initium dedit. Demptis igitur 74. ab illa 440. annorum ſumma re[stant]
366. anni ab hoſpitalitate Rahab, ad natalem Dauidis computandi, q[uo tem-]
poris interuallo nati ſunt Booz, Oled, Iſai.

1. Opinio refutatur. 5. Poſitæ autem quæſtionis *prima opinio* eſt, hiſtoriæ Scholaſticæ [quæ res]
hoc libro comprehenſas Heli temporibus adſcribit: ſed Abulenſi, T[...]
alijs communiter merito diſplicet: Ruth enim non nupſit Boozo, ni[ſi post]
Noëmi decem annorum in Moab peregrinatione. Fac igitur anno [...]
hanc peregrinationem inſtitutam & anno decimo abſolutam: [...]
fuerint nuptiæ Booz, cum Rahab, anno vndecimo Heli, Obed na[tus ...]
mo, non citiùs. Hinc vſque ad obitum Heli, non niſi 28. aut 29. an[ni nu-]
bũtur, & deinceps ad ortum Dauid anni 10. iuxta communem ſente[ntiam, quæ]
Samueli & Sauli annos 40. tribuit. Quod ſine aliqua violentia a[...]
poteſt: ſic enim à natiuitate, Obed ad Dauidis natiuitatem anni 39. [...]
interueniſſent, partim Obedo, partim Ieſſe tribuendi: Quo conceſſ[o ...]
rent, quæ iam num. 1. & 2. annotabam. Adhæc Booz fuit filius Rahab, [quæ an-]
te principatum Heli annis vt minimum 517. exploratores exceperat, [...]
Booz cum genuit Obed ex Ruth, grandæuus admodum fuiſſet, ſi vn[...]
Boozum admittamus.

2. Opinio refutatur. 6. *Secundam opinionẽ* ex Hebræorum placitis ſequuntur Lyranus & [...]
quam explicat quidem ſed nec probat nec reijcit Abulen, Ruth 1. q. [...]
dice Abeſan hæc geſta credit: quia hoc modo contra præcedentem o[...]
tempus ſufficiens relinquitur, vt Iſai vir grandæuus fuiſſe dicatur, q[uando Da-]
uid iuuenis Golian proſtrauit. Ab exordio præfecturæ Abeſan, v[...]
ſunt 45. anni: inde 40. Heli & 10. Samuelis antequam regius Vates [...]
diret, ὁμὰς 95. Verum hæc calculatio meris ſuſpicionibus nititur, & [...]
rationes adhuc perplexas relinquit: quot anni dabuntur Obedo? qu[...]
te genitos illos filios, è quibus Chriſtus ſecundum carnem genus d[...]
mè vero obſtat quod ex communiori ſententia Abeſan principatu[...]
ſit anno ab ingreſſu in terram 272. ſecundum Hebræos 282, qui[...]
minimum annos 14. vitæ Rahab exploratores recipientis, & collig[...]
ex quibus ſi 14. dederis Rahab, quando Boozum concepit; coger[...]
hunc fuiſſe 200. circiter annorum, quando natus eſt ei Obed, qu[...]
tur, fidem apud pleroſque non merebuntur.

3. Opinio nō placet. 7. *Tertia opinio* eſt Abulenſis Ruth 4. q. 90. vbi ait hanc hiſtori[am ...]
anno vltimo Barac, ſub Gedeone finitam, Rahab ſub ingreſſum H[...]

terram promiſſionis fuiſſe iuuenculam 15.annorum licet impudicam, tunc nupſiſſe Salmoni 20. annos nato, eique ſuſceptis alijs pluribus liberis tandem peperiſſe Boozum cùm ipſa eſſet circiter 87.annorum, Salmon autem 92. anno ab ingreſſu in terram Chanaan 72. Boozum exactis vitæ ſuæ 98.annis genuiſſe Obed, hunc pari ætate ſuſcepiſſe Iſai, cumq; Iſai eſſet 85.annorum, natum Dauidem. Ex quibus numeris vitioſe colligit anno 356. à capta Iericho ad natalem Dauidis: at eſto ſint 356.non tamen ſubſiſtet computus. Si enim ad 356, adijciantur 40.anni Moyſis, 70.vitæ Dauidis, & 4.regni Salomonis, colligentur ab Exodo ad Templum anni non plures 470. cum tamen ipſe Abulenſis ex Scriptura 480.enumeret.

8. *Quarta opinio* eſt eorum, qui ſub Aodo Moabiticam peregrinationem à Noëmi ſuſceptam putant: in quibus eſt Caluiſius, qui an.m.2629. *Ruth*, inquit, *Moabitica cum ſocru Noëmi in Iudæam circa hæc tempora redit, cùm Boas filius Salmonis eſſet circiter centum viginti annorum*: anno deinde m.2638. notat obitum Aodi: qua ratione circa annum 71.principatus Aodi, redijſſet è Moabitide Noëmi cum nuru ſua. Tunc autem ab ingreſſu in terram ex opinione Caluiſij non effluxerant niſi anni 40.qui Othonieli tribuuntur, & circiter 71. Aodi; vniuerſim centum vndecim. Ergo 9.circiter annis ante ingreſſum in Chananitidē natus fuiſſet Booz; quod difficultate non caret. Mater enim huius Booz, Salmoni nupſit poſt excidium Ierichuntinum. Ergo Booz, ante 9. annos natus non erat. Si dixerit Caluiſius poſt 9.aut 10, annos Rutham à ſuo reditu peperiſſe Obedum anno vltimo Aodi, & tunc Boozum fuiſſe 120.annorum; ſecum pugnabit; quādoquidem aſſerit Rutham in Iudæam redijſſe cum Booz eſſet 120. annorum. Deinde ex computatione huius auctoris à tranſitu Iordanis vſque ad obitum Aodi, non ſunt niſi 120. anni: ab iſto autem tranſitu, vſque ad Dauidis ortum anni 366. computantur: hinc ſi 120 tollantur, ante natum Obed exacti, remanebunt à natiuitate Obed, ad Dauidis natiuitatem 246. qui anni ſi Obedo, & Iſai æqualiter diſtribuantur, Obed ſenex 123. annorum genuerit Iſai, & hic pari ætate Dauidem. Quod non admittit Torniellus ann.m.2748. vbi ait non eſſe credibile Obedum & Iſai poſt 107. vitæ annum genuiſſe: multo verò minus aſſerto Sethi aſſentiuntur, qui tres Boozos fuiſſe autumant.

4. Opinio exploditur

9. *Quinta opinio* eſt Tornielli l.c.num.3. & 4. vbi ſcribit huius libri hiſtoriam omnibus circumſpectis videri ſibi ſub nullo alio iudice rectius poni poſſe, quā ſub Barac, ita vt Salmon & Rahab fuerint 14. circiter annorum, quando expugnata eſt Iericho, nupſerint deinde ac tandem anno ætatis ſuæ 95. ſuſceperint Boozum, hic rurſus annos 95. natus, genuerit Obedum, Obedus poſt idem annorum 95. interuallum procrearit Iſai; & hic etiam 95. annis tranſactis Dauidē. Sic ab ortu Salmonis vſq; ad natalē Dauidis effluxiſſent anni 380, è quibus tolle

5 Opinio explicatur

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

annos 14. quos ante dirutam Iericho Salmon exegerat, & inde vſque
vatis exortum, remanebunt anni 366. ab Exodo vero ad Templum
uatis ijs, quæ num. 3. notabam. Quod ſi obijcias, permirum videri
decrepitum 95. annorum ſenem, è vetula paris ætatis coniuge prole
ſe; reſpondet Torniellus rarum quidem id eſſe, ſe tamé malle conceder
plures Boozos comminiſci: *præſertim cum certum ſit*, inquit, *nonnunquam*
quædam præter ordinarium naturæ curſum accidere, quæ tametſi mira admodum
tur; non tamen falſa ſunt, aut incredibilia. Quod probat exemplis eorum
tiſſimè vixerunt, ac in primis illius, qui poſt Caroli Magni tempora
& amplius vitam produxit: de quibus ipſe latius ad an. m. 1656. Qu
nem ſtrenuè propugnat Bonfrerius, vt q. ſequenti dicam.

6. Opinio declaratur 10. *Sexta opinio* eſt Saliani ann. m. 2741 num. 25. qui hiſtoriam
ad tempora Barac referendam putat: Sed ratiocinijs à doctrina To
ue. ſis. Cenſet enim in primis minus probabile eſſe Salmonis & Raha
bium anno ætatis eorum 14. contractum fuiſſe, ac eos deinceps an
matrimonio exactis tandem ſuſcepiſſe Booz. *Vtrumque enim Salian*
abſurdum videtur, & tantula ætate mulierem meretricium exercuiſſe, & tam
nerare potuiſſe: nam quæ mulieres citò dant operam liberis, citò quoque eſſœtæ
Quod addit de anno 105. quo Salmon ex Tornielli opinione Booz
rit, non intelligo: Torniellus enim diſerte 95. annos non ab euerſa H
te, ſed à nato Salmone vſque ad genitum Boozum in rationibus pon
etiam Salianus, & varijs rationibus probare nititur tres fuiſſe in Dau
nerationis ſerie eodem nomine Boozos, quorum duo propter nomin
litudinem exciderint, aut ſub communi nomine comprehenſi ſint, v
debitur. Cenſet tertiò Salmonem anno primo Ioſue 34. annorum
xiſſe Rahab annos ferè 25. natam, ex qua poſt annos 26. primum Bo
ſtulerit, anno ætatis ſuæ ſexageſimo, Booz primus ſecundum genu
annos, Booz ſecundus tertium poſt eiuſdem numeri annos, tertius
ptuagenarius Obedum, Obedus pariter ſeptuagenarius Dauidem, q
ginta annos vixit. Salomon deinde anno regni ſui quarto Templi fu
num admouit. Ab ingreſſu igitur in Chananitidem imputat Salmo
26. Boozo primo 65. ſecundo etiam 65. tertio 70. Obedo 70. Iſai 70.
70. Salomoni 4. & ſic ab euerſione Hierichuntina ad Templi fu
colligit annos 440. Primum Boozum natum ducit anno 10. Oth
cundum anno 35. Aod, tertium vigeſimo primo Baraci, Obedum
Tholæ, Iſai primo Samſonis, Dauidem decimo Samuelis expleto.
poris diſtributio, ſi tres Boozi in progenitoribus Dauidis admitten
tioni mihi conſentanea videtur.

QVÆSTIO II.

Vtrum vnus tantum Booz fuerit, inter Salmonem & Obed.

1. LYranus in c.2. huius libri ſic ſcribit: *Dicunt doctores noſtri, & bene vt videtur;*
quod tres fuerunt Booz, ſibi ſuccedentes, quorum primus fuit auus, ſecundus filius, 1 *Opinio*
tertius nepos. Primus fuit filius Salmon quem genuit de Rahab, & tertius fuit iſte, qui genuit *ponit*
Obed ex Ruth. Idem ſentit Genebrardus, in Aod, Debbora & Abeſan, Ianſenius 3. *Boozos.*
Conc. Euang. cap. 6. Addit Serarius Rabbi Salomon docuiſſe Chriſtianos (quos Ethnicos ſapientes vocat) hunc de tribus Boozis numerum ab antiquis Hebræis accepiſſe: quam doctrinam allegatis etiam Catherino, & Verronio late propugnat Salianus, anno m. 2741. num. 27. & ſeqq. Probat, quia admiſſis tribus Boozis omnia plana ac perſpicua ſunt, nec eſt neceſſe ad prodigia recurrere, cũ ſinguli Boozi potuerint, aut ſexagenarij, aut paulo prouectiores ſobolẽ 1. *Arg.*
procreare. Neq; obſtare videtur Scriptura, quæ in catalogo generationis Dauidicæ non niſi vnum Boozum interſerit. Nam in Hebræo & Latino textu Gen. 11. v. 12. omiſſo Cainan iuniore Arphaxad dicitur genuiſſe Sale. Imo 1. Eſdræ 7. v. 3. in ſerie ſtirpis Pontificiæ, ſex omittuntur, quæ inter Meiaroth, & Azariam interijci debent Notum etiam eſt & omnium conſenſu ſtabilitum, Matthæi. 1. verſ. 8. trium regum nomina, in ſerie progenitorum Chriſti eſſe prætermiſſa. Denique non ignobiles ſacrarum literarum interpretes cenſent eodem cap. v. 11. prætermiſſum Ioakim filium Ioriæ parentem Iechoniæ. Quid igitur mirum, ſi duo Boozi prætermittantur. Confirmat hanc opinionem Salianus 1. *Confir.*
Sicut ex temporis diuturnitate colligimus non vnicum Haber Cinæum fuiſſe, de quo Iud. 4. v. 11. ſed plures; ita ternos Boozos. 2. Sicut ex vno loco Scripturę, alium locum mancum eſſe intelligimus, vt iam ex Geneſi & Euangelio S. Matthæi dicebam: ita ex Chronologia duos Boozos, in genealogia Dauidica prætermiſſos docemur.

2. Hæc tamen tanti ponderis eſſe mihi non videntur, vt tres Boozos exprimant: cur enim non ternos Obedos? cur non binos Boozos totidem Obedos *Refutatur*
commiſci licebit? Adeò debiles & ieiunæ ſunt de tribus Boozis rationes, vt non nemo tres eis Salmones apponendos eſſe cenſuerit, quod Syluestrũ Steier in ſuis de Genealogia Chriſti libris feciſſe ſcribit Torniellus illo anno 2748. ad calcem nu. 4. Hic mira vtrimque conſideranda ſunt: mirum eſt Salmonẽ, Booz, Obed, Iſai tam prouectæ ætatis ſenes vim gignendi retinuiſſe: ſed magis mirum foret, Genealogiam Dauidicam toties in ſacris libris exhiberi, vbique mãcam, nuſquam perfectam, Latinis, Hebræis, Græcis, Chaldæis, Syris codicibus nullo apice variantibus, Ruth. 4. v. 17. lib. 2. Paral. 2. v. 11. Matthæi 1. v. 5. Lucæ 3. v. 32. vt

bene monet Torniellus illo num. 4. & latius Bonfrerius Ruth. 1. vbi doc
debere inſolens videri, ſi homo 95. centum, aut eo amplius annorum g
potuerit. Nã vt nihil dicatur de Abramo, qui quatuor ante ſæculis 140
natus Cethuram duxit, & ſex liberos ex ea ſuſtulit, Gen. 26. Caleb ann
ſuæ 85. tam vegeto & forti corpore ſe eſſe profeſſus eſt, quam olim rob
annorum ætate fuerat. Ioſue 14. Ioiada Pontifex ſub Ioa rege Iuda, vi
Quidam valde Senes genuerunt. 130. 2. Paral. 24. Iuditha heroina in annum 105. vitam produxit. Iudith
de exempla eorum, qui diu vixerunt relata à nobis Gen. 5. q. 3. num. 3. &
rario hic cap. 4. vbi inter cætera refert Chriſtophorum Fabrum exc
Moguntinum octogenarium poſthumam prolem reliquiſſe, à ſe viſ
88. annorum ſobolem genuiſſe. Quibus addit Bonfrerius hic Petru
Comitem Mãsfeldium (Gubernatorem Luxemburgenſem mihi o
tum) qui poſt annum octogeſimum ætatis filium genuit noſtris hiſce
bus, item in finibus Syluæ Thuringiacæ repertum Senem 150. anno
Vnde probabile fit, Iudicum & Saulis temporibus quoſdam reperiri
quibus annos 100. & amplius natis generandi facultas non deeſſet: ac
vnicum Boozum iure propugnant, præter Torniellum ac Bonfreriu
latos Abulenſis Matth. 1. q. 90. Caietanus, Carthuſianus, Salmeron, B
Maldonatus, omnes ferè Rabbini, quos laudat & ſequitur Serarius l. c.
Lyranum quidem dixiſſe Doctores noſtros contrarium docuiſſe: *ſed*
quit, *è noſtris fuerint, nec refert ipſe, nec quem viderim quiſquam alius*, nempe
num.

Ad 1. arg. 3. Rationibus num. 1. allatis non incommodè reſpondebit, qui dic
locum in Scriptura cenſeri mutilum, niſi id alius eiuſdem Scripturæ
Latinus, aut Hebræus, aut Græcus, aut ratio irrefragabilis indicet, qu
ſideretur. Exempli gratia: Septuaginta in libro Geneſeos, & S. Lucas in
lio diſertè affirmant Arphaxad genuiſſe Cainan; libri Regum ſine am
eos reges enumerant, quos Euangeliſta præterijt, ita vt nullo miracul
poſſit eſſe verum, quod S. Lucas & 70. habent de Cainan, & libri R
poſteris Iorami atq; Ioſiæ tradunt, niſi aliquas perſonas in prædict
termiſſas concedamus. At verò, vnde colligere quis poteſt, vtrum
an bini Obedi, totidem ve Iſai; vtrum vnus Booz, cum vno Obedo,
Dauidica genealogia ſileatur. Quid incommodi incurremus, ſi pu
Salmonem ex Rahab, ætate naturaliter quidem effœta, ſed præter vi
nem naturæ fæcunda Boozum ſuſtuliſſe? Si dixerimus hanc mulierem
des ab Apoſtolo laudatur, miraculoſo cõceptu prolem à Deo obt
Rahab Senicula cõcepit. Saræ alijſque Sanctis fœminis ætate prouectis contigiſſe non dubi
4. Malim etiam cum Torniello, & Bonfrerio arbitrari Rahab;

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

raro quidem, ſed naturali circa annum ætatis 95. concepiſſe: quam Scripturam tantes mutilare, & viam aperire, ad ſacram paginã, occurrente aliqua difficultate ſæpius alibi detruncandam. Si Indus ille de quo Maffeius lib. 11. hiſt. Indicæ, aliquoties ad iuuentam redijt; ſi Abbatiſſa illa Hiſpana, de qua Del Rio in ſuis diſquiſitionibus, cum eſſet decrepita, ita mutata eſt, vt in ſe ea experiretur, quæ ætate iuuenili experta fuerat; ſimile quid in Rahab ſine temeritate concedi potius debet, quam duos Boozos, in ſacrum textum, quaſi defectu laborantem inſerere.

5. Idem de Haber Cinæo iure quis ſuſpicari poteſt: id tamen neceſſe non eſt; altero enim eiuſdẽ nominis conceſſo ſacris codicibus, ſua ſinceritas & ſine mutilatione integritas, conſtabit; quæ tribus Boozis admiſſis labefactatur. Nec eſt eadem Chronologiæ de Boozis ratio, quæ librorum Regum de Iorami poſteris, & patente Iechoniæ: hi enim libri ita diſertè reges ab Euangeliſta omiſſos repræſentant, vt nullus dubitandi locus relinquatur; quod Chronologia aut temporis neceſſitas hactenus de Boozis non euicit. *Ad confir.*

6. Adhæc cum noſtris temporibus videamus fœminas 52. imò vt refert Serarius 56. 70. 76. annorum ſubinde vterum geſtare; negari vix poteſt, quin priſco illo æuo fœminæ circa annum vitæ ſuæ ſeptuageſimum concipere quandoque potuerint. Fac igitur capta Hierichunte Rahab fuiſſe 17. annorum, decimum octauum ingreſſam, anno verò ætatis 70. Boozum concepiſſe cum ab ingreſſu in terram anni propè propter 53. effluxiſſent, anno 54. peperiſſe. Illos 53. annos tolle de 366. à tranſito Iordane ad natum Dauidem tranſcurſis; remanebunt 313. qui in Booz, Obed, Iſai diſtributi, non excedunt ſpatiũ, quo iſti ex vxoribus ætate florentibus prolem ſuſcipere potuerint. Imò à ratione alienum nõ video anno vitę ſuæ ſexageſimo Boozũ concepiſſe cur putetur, & hoc pacto Boozo, Obedo, Ieſſæ 323. anni aut circiter tribuantur. *Quædam ſenicula cõceperũt.*

7. Quicquid ſit, malo eorum rationibus ſubſcribere, qui vnicum Boozum agnoſcunt, quam quatuor lacunas in ſacræ paginæ planiciem Dauidis progenitores repræſentantem ex incerta Chronologia, quaſi per cuniculos inducere, vbi Salmonis nepos & pronepos in obſcuro deliteſcant. Si annorum calculi bene digerantur probabilia eorum ratiocinia exiſtimo, qui cum Torniello & Bonfrerio Obedum ex Boozo & Rutha natum putant ſub finem regiminis Barac, aut iuxta iam num. 6. circa annum 21. eiuſdem cum Booz eſſet 115. circiter annorum. Forte plura occurrent, in notis ad cap. 1. Euangelij ſecundum Matthæum, Liber Ruth annos à iudicum temporibus diſtinctos non habet. *Concluſio.*

(*.*)

NO

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN